

assumpto, quid melius sit, inter nos videamus. Equidem, ut tu asseris, quatuor novi, quæ iudicii dissipant equitatem: gratiam et ^{a)} odium ¹⁾, cupiditatem et metum. Age igitur, precessores ^{b)} mei ^{c)} res ecclesie, cui auctore ^{d)} Deo deservio, eas videlicet res, quas alienari nullatenus, ut supra ^{e)} diffinitum ^{f)} est, posse ^{g)}, parentibus et amicis tuis tradiderunt, alienaverunt, scripto quoque talia confirmaverunt. Ipsi quoque amici tui ^{h)} defunctis datoribus alia occuparunt quæ illis quidem data non sunt, sed sibi data legibus et sacramento confirmare ⁱ⁾ contendunt. Tu ergo, qui episcopus es, da sententiam, cui possim inniti, et cave ne quatuor superiora, quæ mihi opposuisti, iudicii tui rectitudinem subvertant.

Eutitius. Undique me comprimis et artificiosissimo ^{k)} loco coartas ^{l)}. Si enim dixero precessores tuos ista largitos, ea res occurrit, quam concessisse me memini: Res quæ Dei sunt hominibus ^{m)} alienari non oportere. Quod si ⁿ⁾ iniustum donum precessorum tuorum dixero ^{o)}, causis amicorum meorum me contrarium video. Concessum est enim superius ex iniusto dono iustam retentionem non esse. Quod si ita est, immo quia ^{p)} ita est, cogor iudicare amicos meos quæ sibi ^{q)} iniuste conlata ^{r)} sunt, iuste retinere non posse. Sed si ^{s)} inter has duas necessitates aliquid ^{t)} medium inveniri posset, a te desiderarem audire.

Theophilus. Te oportet medium perquirere ^{u)}, qui causidicus et assertor partium amicorum tuorum cepisti ^{v)} esse.

Eutitius. Cum superiora ita sibimet opponantur ^{w)}, ut uno constituto alterum perimatur, quid medium adiciam ^{x)}, non invenio ^{y)}. Esse autem contraria mediis carentia, rursus alia quæ mediætates ^{z)} habent, alia plures, alia pauciores, alia singulares, dialectici nostri asseverant; inter iustum autem et iniustum medium esse, quod utriusque

^{a)} so B; videlicet C; *unlesbar, aber Platz nur für et A.* ^{b)} dazu am Rande: f. possessores, aut usurpatores C. ^{c)} über der Zeile nachgetragen A. ^{d)} undeutlich A. ^{e)} r über der Zeile nachgetragen A. ^{f)} so A (undeutlich) C; deffinitum aus diff. korr. B. ^{g)} über der Zeile nachgetragen A. ^{h)} amici tui B; ... qui C; undeutlich, doch wohl B bestätigend A, wo ein getilgter Unterschaft die irrige Lesung qui ermöglicht. ⁱ⁾ confirma mit Rasur von 2 Buchstaben A. ^{k)} arficiosimo B. ^{l)} zwischen o und a Rasur A; coartas C. ^{m)} ab hominibus C; alienari hominibus B. ⁿ⁾ über der Zeile nachgetragen B. ^{o)} von hier bis video fast unlesbar A; Lücke in C. ^{p)} von hier ab wieder normal lesbar A. ^{q)} über der Zeile nachgetragen A. ^{r)} collata B. ^{s)} über der Zeile nachgetragen B. ^{t)} aliquod C. ^{u)} aus requirere korr. A. ^{v)} coepisti C. ^{w)} das erste p über der Zeile nachgetragen B. ^{x)} adiciam C. ^{y)} inveniam B. ^{z)} medietates BC.

¹⁾ Hinweis auf gratia und odium auch in dem oben S. 84 Anm. 3 angeführten Gregor-Zitat Hincmars.